

**www.e-rara.ch**

**Quinti Horatii Flacci Poemata omnia**

**Horatius Flaccus, Quintus**

**Friburgi Brisgoiae, Anno 1549**

**Zentralbibliothek Solothurn**

Shelf Mark: ZBS Staal 237

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-89747>

Nicolai Peroti Sipontini praesulis libellus de metris odarum horatianarum.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## NICOLAI PEROTI

SIPONTINI PRAESVLIS LIBEL-  
lus de Metris Odarum Horatianarum.NICOLAVS PEROTVS COELIO  
Peroto fratri charissimo, S.

X omnibus immortalis Dei erga me beneficijs duo sunt, quibus maxime gloriari soleo: unū, q̄ Bessarionem mihi principem, alterū quod te fratrem praestiterit. Nam si mihi data esset facultas, omnia pro arbitrio meo eligēdi, quid cogitare, ne dicam sperare amplius potuissem? Ut enim à principio incipiam, nactus sum pium, beneficū, humanū, liberalem, inaudita & quitate, summa iustitia, singulari fide, diuina sapientia: adeo praeterea omni genere studiorū eruditū, ut mihi interdum de eo cogitanti non tam unus homo literatus, q̄ litera ipse, omnesq; bonae artes in uno homine esse uideātur. Nulla res est tam difficilis, tam abolita, quā ex huius animo ueluti quodā thesauro nō liceat expromere. q̄ peritus est diuinarum literarū, quā doctus, & ciuilis & pontificij iuris? Quid est adeo in philosophia abstrusum, atq; reconditum, quod huic nō sit penitus familiare? quis in Mathematicis excellētiior? quantum exemplo

rum, quantum historię, quantum antiquitatis tenet?  
 Num sermo eius cū græce loquitur, planè atticus est?  
 cū scribit latine, Musæ ipsæ Romanæ loqui uidentur.  
 Orationē ipsius Platonica putes: crebra est, assidua,  
 copiosa, & Hybernis niuibus similis: in uersibus tan-  
 tum leporis, dulcedinis, suauitatis inserit, ut nihil diui-  
 nius sit, nihil cœlestius. Quid epigrammata, quæ nu-  
 per in Gemistum Platicum cōposuit, quæq; subito  
 cum Latina reddidisti, nōne reddere probatissimam  
 illam antiquitatem uidentur? disputationes eius subti-  
 les, ornatæ, graues, ut facile quemlibet, quo uelit im-  
 pellat & trahat: ita ex tempore loquitur, quasi iam  
 pridem scripserit: uidentur ad manum sensus omnes  
 instructi. Tanta præterea humanitate erga omnes  
 expositus est, ut qui dignitate summum locum tenet,  
 facilitate morum penè infimus uideatur. Liberalita-  
 tem eius cum infiniti ex Latinis, tum maxime hoc tē-  
 pore infelicissimi Græciæ populi experiuntur: qui  
 proprijs expulsī sedibus, ad hunc ueluti unicum refu-  
 gium confluunt. Adde quòd me adeo amanter, beni-  
 gne, clementer amplexus est, ut octauū iam annuū  
 non solum domi, sed intra secretiora cubilia ad curā  
 castissimi corporis sui tenuerit, teneatq;: apud quem  
 quantū gratia & autoritate ualuerim, in propiis  
 quorum, atque amicorum honoribus expertus sum.  
 Quæ nostra familia, qui pater, qui nos omnes, quæ  
 nostræ fortunæ essent, nisi princeps noster fuisset?

Nota hæc omnibus sunt: quicquid sumus, principis  
 nostri sumus beneficio, humanitate, clemētia: huic  
 uni bona, fortunas, ipsam deniq; animā debemus.  
 Merito itaq; me puto immortale beneficiū à Deo cōse-  
 cutū, quod talē nactus sum principē: quē nisi summa  
 integritate, fide, obseruātia colā, uenerer, adorē, se-  
 leratus, facinorosus, nefarius sim: ē cōspectu hominū  
 fugādus, eijciendus, exterminādus. De te uero mihi fra-  
 ter quid loquar? an mihi secūdo loco euenire aliquid  
 dulcius poterat, quā te talem habere germanū: qui  
 mihi ut aspectu, ac lineamētis corporis, ita & mori-  
 bus & natura similis euaderes, qui iisdē, quibus ipse  
 studijs deditus à me erudireris, docereris iſtruereris,  
 quē ego ueluti imaginē quādā meis manibus formare  
 atq; cōfingere. De cuius indole tantam animo spem  
 cōcepi, ut nō mediocre decus allaturū te familiæ nos-  
 træ, nisi te nobis fata inuiderint, existimē. At quor-  
 sum hæc de me inquires? (nam de principe nostro non  
 miror: quem ubiq; laudare, extollere, prædicare, sa-  
 tiari nō potes.) Nēpe quia tuis quoq; laudibus satia-  
 ri nō possum optime & suauissime frater: ita me in-  
 genium tuū, ita studiū, ita mores delectant, præser-  
 tim in hoc lubrico ætatis, in quo multi adoleſcentes  
 periclitari solent. Quanta me nuper uoluptate affe-  
 ctū putas, cū me rogasti, ut una epistola omnia gene-  
 ra metrorū, quæ apud Horatiū Flaccū reperiuntur,  
 breuiter comprehenderem: & unde Lyrici poetæ  
 dicti

dicti fuerint ad te scriberem? Ex his enim intelligo nō  
 contentum te heroicis, atq; elegiacis uersibus, ut  
 ceteri nostræ ætatis adolescentes, sed ad cætera quo  
 que metrorum genera aspirare. Quod et optimi in-  
 genij tui, & exactissimæ in studijs diligentia, testi-  
 monium est. Ego uero ut honestissimo desiderio tuo  
 morē geram, et instar liberalissimi hominis plus etiā  
 quā a me quærat præstem, hac tibi Epistola om-  
 nia metrorum genera, quibus non solum Horatius,  
 uerum etiam Boëtius usus breuiter annotabo: Si ta-  
 men prius quid Lyricorum uetustissimum nomen sibi  
 uelit ostendero. Dicti igitur Lyrici sunt à lyra: quo-  
 niam ueteres huiusmodi carminum scriptores ad ly-  
 ram poemata sua canere consueuerunt. hi apud Græ-  
 cos quidem octo feruntur. Alcmæon, à quo alcmæonium:  
 metrū dictum est: Stesichorus, à quo Stesichoreium:  
 Alcæus, à quo alcaicū: Ibicius, à quo Ibiceium: Ana-  
 creon, à quo anacreontiū: Simonides, à quo Simoni-  
 deium: Pindarus, à quo Pindaricū: Bacchilides, à quo  
 Bacchilideium. Horum, ut Quintilianus inquit, lon-  
 ge Pindarus princeps, spiritus magnificentia, figu-  
 ris, beatissima rerum & uerborum copia, uelut quo-  
 dam eloquentiæ flumine: propter quod Horatius me-  
 rito eum credidit nemini imitabilem. Additur supra  
 dictis Sapphò: quam magistrā fuisse Platonis non  
 nulli tradunt: à qua sapphicum metrum appellatum  
 est: ita Lyricorum numerus nouem Musarum nume-  
 rum

370 NIC. PEROTVS DE  
 rum implebit: quarum inuocationibus cantus suos  
 ordiebantur. Apud Latinos uero tres precipue meo-  
 morantur Lyrici, Horatius, Cesijs Bassus, & Vale-  
 rius Martialis. Inter hos palmam obtinet Horatius.  
 Solus ferè, ut idem Quintilianus inquit, legi dignus  
 nam & insurgit aliquando, & plenus est iucundita-  
 tis & gratia, & uarijs figuris felicissime audax. Se-  
 cundus, Valerius Martialis, quem intellexisse Quinti-  
 lianũ arbitror, cum ait: Si quem adijcere Horatio ue-  
 lis, erit Cesijs Bassus, quem nuper uidimus. Sed eum  
 longe præcedunt ingenia uiuentium. Martialem  
 quippe Quintiliani ætate fuisse manifestum est: de  
 Cesijs Bassi uix hac tempestate superest nomen. Vbi  
 autem est Horatius in eo libro, qui ode inscribitur,  
 unde uiginti metrorum generibus. Primum genus est  
 Monocolon, diciturq; choriambicum, Asclepiadeũ,  
 tetrametrum, constans spondeo, duobus choriambis,  
 & pyrrhichio: sic enim scanditur,

Mecæ -- nas atauis -uu- edite re -uu- gibus uu  
 Scripsit hoc metro dũtaxat treis odas:  
 Lib. 1. Ode 1. Mecænas atauis edite regibus.  
 Lib. 3. Ode 31. Exegi monimentum ære perennius  
 4. 8. Donarem pateras, grataq; commodis.

-- -uu- -uu- uu  
 SECVNDVM genus est Dicolon, tetrastron-  
 phon. Primi tres uersus sunt dactylici, pentametri,  
 sapphici

METRORVM GENER. 351

Sapphici: constant enim trochæo, spondeo, dactylo,  
& duobus trochæis, hoc modo:

lam sa - u tis ter -- ris niuis, - uu atque - u diræ --

Grandi - u nis mi -- sit pater - uu & ru - u bente - u

Dexte - u ra sa -- cras iacu - uu latus - u arces --

Quartus adonius, constans dactylo, dimetro, ca-  
talectico, hoc est dactylo, & spondeo, siue trochæo,  
hoc modo:

Terruit - uu urbem - u

Scripsit hoc metro sex, & uiginti odas.

1. 2. lam satis terris niuis, atq; diræ.
1. 10. Mercuri facunde nepos Atlantis.
1. 12. Quem uirum, aut heroa, lyra, uel acris
1. 20. Vile potabis modicis Sabinum.
1. 22. Integer uitæ, scelerisq; purus.
1. 25. Parcius iunctas quatiunt fenestras.
1. 30. O Venus Regina Gnidi, Paphiq;
1. 32. Poscimus si quid uacui sub umbra.
1. 38. Persicos odi puer apparatus.
2. 2. Nullus argento color est avaris.
2. 4. Ne sit ancilla tibi amor pudori.
2. 6. Septimi Gades aditure mecum.
2. 8. Illa si iuris tibi peierati.
2. 10. Rectius uiues Licini neq; altum.
2. 16. Otium diues rogat in patenti.
3. 8. Martijs celebs quid agam calendis.
3. 11. Mercuri nam te docilis magistro.

- 372 NIC. PEROTVS DE
- 3. 14. Herculis ritu modo dictus ó plebs.
  - 3. 18. Faune Nympharum fugientum amator.
  - 3. 20. Non uides quanto moueas periclo.
  - 3. 22. Montium custos, nemorumq; uirgo.
  - 3. 27. Impios parræ recinentis omen.
  - 4. 2. Pindarum quisquis studet emulari.
  - 4. 6. Diue, quem proles Niobeæ magnæ.
  - 4. 11. Est mihi nonum superantis annum.
  - 5. 18. Phœbe, sylvarumq; potens Diana.

-u -- -uu -u --  
 -u -- -uu -u -u  
 -u -- -uu -u --  
 -uu --

TERTIVM Dicolon distrophon: primus uersus est Choriambicus, gliconius, trimeter, constans spondeo, choriambo, & pyrrichio, hoc modo,

Sic te -- diua potens -uu- Cypri u-  
 Sequens est Asclepiadeus, hoc modo:  
 Sic fra -- tres Helenæ -uu- lucida sy -uu- detra uu

- Scripsit hoc metro Odas XII.
- 1. 3. Sic te diua potens Cypri.
  - 1. 13. Cum tu Lydia Telephi.
  - 1. 19. Mater seuæ cupidinum.
  - 1. 36. Et thure, & fidibus iuuat.
  - 3. 9. Donec gratus eram tibi.
  - 3. 15. Vxor pauperis Ibici.
  - 3. 19. Quantum distat ab Inacho.

intactis

3. 24. Intactis opulentior.  
 3. 25. Quò me Bacche rapis tui.  
 3. 28. Festo quid potius die.  
 4. 1. Intermissa Venus diu.  
 4. 3. Quem tu Melpomene.

-- -uu- u-

-- -uu- -uu- uu

QUARTVM dicolon distrophon: primus uersus est dactylicus, Archilocheius, tetrameter, constans tetrametro bucolico, & tribus trochæis: ut,

Soluitur -uu acris hy -uu ems gra -- ta uice -uu  
 ueris -u & fa -u uoni --

Sequens item Archilocheius, constans ex Penthemimere iambica, & tribus trochæis, hoc modo:

Trahunt u- que sic u- cas - machi - u n e ca - u  
 rinas --

Scripsit hoc metro dúntaxat hanc Oden.

4. Soluitur acris hyems, &c.

-uu -uu -- -uu -u -u --

u- u- - -u -u --

QVINTVM Tricolon, tetraastrophon. Primi duo uersus sunt Asclepiadei, hoc modo:

Quis mul -- ta gracilis -uu- te puer in -uu-  
 rosa u-

Tertius pherecratius, constans spondeo, dactylo, & spondeo, hoc modo:

Grato -- Pyrrha sub -uu antro --

Quartus gliconius, de quo supra dictū est, hoc modo

Cui fla -- uam religas -- uu -- comam uu

Scribit hoc metro septem odas:

1. 5. Quis multa gracilis te puer in rosa.
2. 14. O nauis referent in mare te noui.
3. 21. Dianam teneræ dicite Virgines.
4. 23. Vitas hinnuleo me similis Chloë.
5. 7. Quid fles Asterie quem tibi candidi.
6. 13. O fons Blandusie splendor uitro.
7. 13. Audiuere Lyce Dimeæ uota Di.

-- --uu-- --uu-- u--  
 -- --uu-- --uu-- uu  
 -- --uu --  
 -- --uu-- uu

SEXTVM Dicolon distrophon: Tres primi uer-

sus sunt Asclepiadei, hoc modo.

Scribe -- ris Vario --uu-- fortis & ho --uu--  
 stium uu

Quartus est gliconius, hoc modo:

Miles -- te duce ges --uu-- serit uu

Scribit hoc metro odas nouem.

1. 6. Scriberis Vario fortis & hostium.
2. 15. Pastor cum traheret per freta nauibus.
3. 24. Quis desiderio sit pudor, atq; modus.
4. 33. Albi ne doleas plus nimio memor.
5. 12. Nolis longa ferre bella Numantie.

extremum

3. 10. Extremum Tanaim si biberes Lyce.  
 3. 16. Inclusam Danaen turris ahenea.  
 4. 5. Diuis orte bonis optime Romule.  
 4. 12. Iam ueris comites quæ mare temperant.

-- -uu- -uu- uu  
 - - -uu- uuu- uu  
 -- -uu- -uu- u-  
 -- -uu- uu

SEPTIMUM dicolon distrophon. Primus uersus est heroicus, hoc modo:

Lauda -- bunt ali -uu i cla -- ram Rhodon -uu  
 aut Mity -uu lenen --

Secundus est dactylicus, alcmænius, tetrameter, acatalecticus: quatuor enim pedes heroici habet siue dactylos omnes, siue spondeos, siue mixtos: frequentissime tamen in tertio pede dactylum, hoc modo:

Aut Ephe -uu sum bima -uu ris ue Co -uu rinthi --  
 Scribit autem hoc metro tres odas.

1. 7. Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen.

1. 28. Te maris & terræ, numeroq; carētis harena.

1. 12. Quid tibi uis mulier nigris dignissima barbis

-- -uu -- -uu -uu --  
 -uu -uu -uu --

OCTAVVM dicolon distrophon. Primus uersus est choriæbicus, monometer, aristophaneus, con  
 & iij

stans choriambo & amphibracho siue bacchio, hoc modo:

Lydia dic -uu- per omnes u--

Sequens est choriambicus, trimeter, sapphicus, constans epitricto secundo, duobus choriambis, & amphibracho, siue bacchio, hoc modo:

Te deos o-u-- ro sybarim -uu- cur properes  
-uu- amando u--

Scribit hoc metro duntaxat hanc oden.

7. 8. Lydia dic per omneis,

Te deos oro Sybarim cur properes, amando

-uu- u--

-u-- -uu- -uu- u--

NONVM tricolon tetraastrophon. Primi duos uersus sunt dactylici, alcaici, trimetri, catalectici: constant enim penthemimere iambica, & duobus dactylis: hoc modo:

Vides u- ut al u- ta - stet niue -uu candidum -uu

Tertius est iambicus, archilocheius, dimeter, hypercatalecticus: siquidem in primo pede recipit iambum uel spondeum, in quarto iambum uel pyrrhichium, deinde superest syllaba, hoc modo,

Sylue -- labo u- rantes -- gelu u- que u

Quartus uersus est dactylicus, alcaicius, tetrameter, de quo paulo ante diximus recipitq; in tertio pede frequentissime trochaum, hoc modo,

Flumina -uu constite -uu rint a-u cuto --

Scribit

scribit hoc metro XXXVII. odas

9. Vides ut alta stet niue candidum:
16. O matre pulchra filia pulchrior.
17. Velox amœnum sæpe Lucretilem.
26. Musis amicus tristitiam & metus.
27. Natis in u sum lætitiæ scyphis.
29. Acci beatis non Arabum inuides.
31. Quid dedicatum poscit Apollinem.
34. Parcus deorum cultor, & infrequens.
35. O diua gratum quæ regis Antium.
37. Nunc est bibendum, nunc pede libero.
1. Motum ex Metello consule ciuicum.
3. Aequam memento rebus in arduis
5. Nondum subacta ferre iugum ualet.
7. O sæpe mecum tempus in ultimum.
9. Non semper imbreis nubibus hispidos.
11. Quid bellicosus Cantaber, et Scythes.
13. Ille & nefasto te posuit die.
14. Eheu fugaces Posthume, Posthume.
15. Iam pauca aratro iugera regiæ.
17. Cur me querelis exanimas tuis.
19. Bacchum in remotis carmina rupibus.
20. Non usitata, nec tenui ferar.
1. Odi profanum uulgus, & arceo.
2. Angustam amice pauperiem pati.
3. Iustum, & tenacem propositi uirum.
4. Descende cælo, & dic age tibia.

- 3. 5. Cælo tonantem credidimus Iouem.
- 3. 6. Delicta maiorum immeritus lues.
- 3. 17. Aeli uetusto nobilis ab Lamo.
- 3. 21. Onata mecum consule Manlio.
- 3. 23. Cælo supinas si tuleris manus.
- 3. 26. Vixi puellis nuper idoneus.
- 3. 29. Tyrrhena regum progenies tibi.
- 4. 4. Qualem ministrum fulminis alitem.
- 4. 9. Ne fortè credas interitura, quæ.
- 4. 14. Quæ cura patrum, quæq; Quiritium.
- 4. 15. Phœbus uolentem prælia me loqui.

u- u- - -uu -uu  
 -- u- - -uu -uu  
 -- u- -- u- u  
 -uu -uu -u --

DECIMUM Monocolon. Versus est choriambi-  
 cus, pentameter, alcaicus, constans spondeo, tribus  
 choriambis, & pyrrhichio, hoc modo:

Tu ne -- quæsieris -uu- scire nefas -uu- quem  
 mihi quem -uu- tibi uu

Scribit hoc metro treis odas.

- 1. 11. Tú ne quæsieris, scire nefas, quem mihi, què  
 tibi,
- 7. 13. Nullã Vire sacra uite prius seueris arborè.
- 4. 10. O crudelis adhuc, & Veneris muneribus  
 potens.

5- -uu- -uu- -uu- uu

METRORVM GENER. 379

VNDECIMVM Dicolon distrophon. Primus  
versus est dimeter, iambicus, archilocheus, acatale  
cticus: constat enim amphimacro, qui metrum facit  
ex duobus iambis, siue altero spondeo, hoc modo,

Non ebur - u - nequ' au u - reum uu  
sequens trimeter, iambicus, hipponactius, catalecti  
cus, habet enim quinq; iambs, & syllabam: recipit  
tamen imparibus sedibus etiam spondeu, hoc modo,

Mea u - reni u - det in u - domo u - lacu u - nar u  
scribit hoc metro duntaxat hanc oden.

13. Non ebur, neq; aureum.

- u - u - uu  
u - u - u - u - u - u

DVODECIMVM Monocolon: uersus est ioni  
cus, sapphicus à minori, trimeter, acatalecticus, hoc  
est, tribus ionicis à minori constans, hoc modo:

Miserar' est uu - neque amori uu - dare ludum

uu - u

Scripsit hoc metro duntaxat hanc oden.

12. Miserarum est, neq; amori dare ludum.

uu - uu - uu - u  
uu - uu - uu -  
uu - uu - uu -

TERTIVM decimum dicolon, distrophon.  
Primus uersus est heroicus, hoc modo:

Diffu-- gere ni -uuues, rede -uuunt iam --  
gramina -uu campis --

Sequens est dactylicus, archilocheius, dimeter,  
catalecticus: hoc est, constans duobus dactylis, &  
syllaba, hoc modo:

Arbori -uu bus que co -uu me -  
Scribit hoc metro hanc oden.

4. 7. Diffugere niues, &c.

-- -uu -uu -- -uu --  
-uu -uu -

QVARTVMdecimum Dicolon distrophon.  
Primus uersus est iambicus, hipponactius, trimeter,  
acatalecticus, constans sex iambis, recipiensq; etiam  
spondeum imparibus sedibus, hoc modo:

Ibis -- Libur u- nis in -- ter al u- ta na u- uiu uu

Sequens est iambicus, archilocheius, dimeter,  
acatalecticus, constans quatuor iambis, admixto in  
terim imparibus sedibus spondeo, hoc modo:

Ami u- ce pro u- pugna -- cula uu  
Scripsit hoc metro odas decem.

5. 1. Ibis Liburnis inter alta nauium.
5. 2. Beatus ille, qui procul negotijs.
5. 3. Parentis olim si quis impia manu.
5. 4. Lupis & agnis quanta sortito obtigit.
5. 5. At o deorum quisquis in coelo regis.
5. 6. Quid immerenteis hospites uexas canis.

7. Quo quo scelesti ruitis, aut cur dexteris  
 8. Rogare longo putidam te seculo.  
 9. Quando repostū cæcubū ad festas dapes.  
 10. Mala soluta nauis exit alite.

-- u- -- u- u- uu  
 u- u- -- uu

QVINTV Mdecimum dicolon distrophon. Pri-  
 mus uersus est iambicus, hipponactius, trimeter, cata-  
 lecticus, de quo paulo ante diximus, hoc modo:

Pecti -- nihil u- me, si -- cut an u- tea u- iuuat uu  
 Secundus est Sapphicus, constans Penthemimere  
 heroica & dimetro iambico, hoc modo:  
 Scribere -- uu uersicu -- uu los - amo u- re per u-  
 culsum -- graui u-

Scribit hoc metro duntaxat hanc oden.

11. Pecti nihil me sicut antea iuuat.

-- u- -- u- u- uu  
 -uu -uu - u- u- -- u-

SEXTV Mdecimum Dicolon distrophon. Pri-  
 mus uersus est heroicus, hoc modo,

Horrida -- uu tempe -- stas ece -- lum con --  
 traxit & -- uu imbreis --

Sequens est archilocheius, cōstans dimetro iambico,  
 catalectico, & penthemimere heroica, hoc modo:

Niues u- que de u- ducunt -- Iouem u- nunc mas

re-uu nunc sylu -uu e -

Scribit hoc metro tantum hanc oden:

§. 13. Horrida tempestas cœlum contraxit, &  
imbres.

-uu - - - - -uu - -

u- u- - - u- -uu -uu -

DECIMUM septimum Dicolon, distrophon.  
Primus uersus est heroicus, hoc modo:

Mollis in -uu ertia -uu cur tan -- tam dif --  
fuderit -uu imis --

Secundus iambicus, archilochius, dimeter, acatalecticus  
de quo supra dictum est, hoc modo:

Obli -- uio u- nem sen -- sibus uu

Scribit hoc metro duas odas,

§. 14. Mollis inertia cur tantam diffuderit imis.

§. 15. Nox erat, & cœlo fulgebat Luna sereno.

-uu -uu - - - - -uu - -

-- u- - - uu

DVODEVIGESIMUM Dicolon, distrophon.  
Primus uersus est heroicus, hoc modo:

Altera -uu iam teri -uu tur bel -- lis ci --  
uilibus -uu etas --

Alter iambicus, hipponactius, trimeter, acatalecticus,  
de quo supra dictum est, hoc modo:

Suis u- & ip u- sa Ro u- ma ui u- ribus u- ruit uu

Scribit hoc metro hanc oden duntaxat:

16. Altera iam teritur bellis civilibus ætas.

-UU -UU -- -- -UU --

U- U- U- U- U- UU

VND Euiagesimum, Monocolon. uersus est iam  
bicus, hipponactius, trimeter, acatalecticus, qualis  
superior, hoc modo:

lam iam ef -- fica U- ci do -- manus U- scien

U- tie U-

Hanc tantummodo oden hoc carmine scribit:

17. lam iam efficaci do manus scientiæ.

-- U- -- U- U- U-

F I N I S.

FRIBV RGI BRISGOIAE,

ANNO M. D. XLIX.

STEPHANVS GRAVIVS

EXCVDEBAT.

303. HENRY W. BAKER.

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...